

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio XIII. DE consilio quod præcedit electionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

QV AEST. X I I I .

te uoluntas a toto genere eligibilium liberata est; ad nullumque necessario inclinata est fiducia authoris primis duobus argumentis libertatem eligen- di quo ad exercitium actus impugnat; ut hoc tertio argumento libertatem quo ad specificationem actus, impugnatur; & propterea ex parte obiectum eligibilis solutio- nem formaliter de- dit, ut fui moris est.

¶ Super quest. decima-  
quarta articulū pri-  
mum.

**I**N q.14 nihil occurrit scribendum unde que ad s. ar. nisi redere attentos lectores, ut in primo articulo meminerint, quod consilium significat inquisitionem completam, id est, usque ad iudicium inclusum. Non enim ipsa inquisitio abficit iudicio, consilium est, nisi in qua ratione ut manifeste patet ex responsione ad secundum & tertium, & ex usu loquendi.

*¶ Super*

**D**E N D E considerandum est de consilio.  
E T C I R C A hoc queruntur sex.  
¶ Primo, Vtrum consilium sit inquisitio.  
¶ Secundo, Vtrum consilium sit de fine, vel solum  
de his quæ sunt a fine.  
¶ Tertiò, Vtrum consilium sit solum de his, quæ a  
nobis aguntur.  
¶ Quartò, Vtrum consilium sit de omnibus, quæ a  
nobis aguntur.  
¶ Quintò, Vtrum consilium procedat ordine reso-  
lutorio.  
¶ Sexto, Vtrum consilium procedat in infinitum.

**ARTICVLVS PRIMVS.**

Vtrum consilium sit inquisitio

**A**D PRIMVM sic procedit. Videtur , quòd consilium non sit inquisitio. Dicit enim \*Dama q̄ consilium est appetitus; sed ad appetitum non pertinet inquirere. ergo consilium non est inquisitio . ¶ 2 Præter. Inquirere, intellectus discurrentis est, & sic Deo non cōuenit, cuius cognitio non est discursiva, ut in primo\* habitum est: sed consilium Deo attribuitur. dicitur n.ad Ephesi. quòd operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ. ergo consilium non est inquisitio . ¶ 3 Præter. Inquisitio est de rebus dubiis, sed consilium datur de his qn̄ sunt circa bona certa , secundum illud Apostoli. ad Corinth. 7. De uirginib. aut præceptum Domini non habeo , consilium autem do. ergo consilium non est inquisitio . **S E D C O N T R A** est, quod \*Greg. Nyssen. dicit: Omne quidem consilium, quæstio est: non autem omnis quæstio, consilium.

ARTIC. I. ET II.

**R E S P O N D E O.** Dicendum, q̄ electio, sicut<sup>\*</sup> di-  
ctum est, consequitur iudicium rōnis de rebus agen-  
dis: in reb. autem agenda multa incertitudo inue-  
nitur, q̄ actiones sunt circa singularia contingēta,  
q̄ pp̄ sui variabilitatem incerta sunt. In reb. autem  
dubiis & incertis rō non profert iudicium absq; in-  
quisitione praecedente: & ideo necessaria est inquisi-  
tio rōnis ante iudicium de eligendis: & hec inquisi-  
tio consilii uocatur: pp̄ quod Philoſophus dicit in  
3.\* Erich. quod electio est appetitus praeconſiliati.  
Cap. 3. de  
Engag.

AD PRIMVM ergo dicimus, q̄ qn̄ actus durari potentiarum adiunicem ordinantur, in utroque est aliquid, quod d̄ est alterius potentia, & iō uterque actus, ab utraque potentia dominari potest. Manifestum est autem, q̄ actus rōnis dirigentis in his que sunt ad finem, & actus uoluntatis, secundūm regimē rōnis in ea tendentis, ad scinuicem ordinantur: unde & in actu uoluntatis, quā est electio, appetit aliquid rōnis. l'ordo, & in consilio quod est actus rōnis, appetit aliquid noluntatis, sicut materia, quia consilium est de his, quā homo uult facere, & est sicut motiuum. quia ex hoc q̄ homo uult finem, mouetur ad consiliandum de his que sunt ad finē, & ideo Philosofus dicit in 6.\* Ethī. quod electio est intellectus appetitiūs, ut ad electionem utrumque concurrere ostendat: ita\* Dama. dicit, q̄ consilium est appetitus inquisitiūs, ut consilium aliquo modo pertinere ostendat & ad uoluntatem, circa quam & ex qua sit inquisitio, & ad rationem inquirentem.

— AD SECUNDVM Dicēdum, q̄ ea quæ dicuntur de Deo, accipiēda sunt absque omni defectu, qui inuenitur in nobis: sicut in nobis scientia est conclusio num per discursum a causis in effectus. Sed scientia dicta de Deo significat certitudinem de omnibus effectibus in prima causa absque omni discursu, & similiter consilium attribuitur Deo, quātum ad certitudinem sententiae vel iudicij, quæ in nobis prouenit ex inquisitione consilii: sed huiusmodi inquisitio in Deo locum non habet: & ideo consilium p̄m hoc, Deo non attribuit, & p̄m hoc \* Dama. dicit, q̄ Deus nō consiliatur. Ignorantius enim est consiliari

**A D T E R T I U M** Dicendum, quod nihil prohibet aliqua esse certissima bona, fm sententia sapientum & spiritualium uitorum, que tam non sunt certa bona, secundum sententiam plurim, uel carnalium hominum, & iō de talibus consilia dantur.

ARTICVLVS II.

*Vtrum consilium sit de fine, uel solum de his, quæ sunt ad finem.*

**A**D SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod consilium non solum sit de his quae sunt ad finem, sed etiam de fine. Quaecunque enim dubitatio nem habet, de his potest inquiri: sed circa operabilia humana contingit esse dubitationem de fine, & non solum de his quae sunt ad finem. Cum igitur inquisitio circa operabilia sit consilium, uidetur quod consilium possit esse de fine.

**P**2 Pr̄et. Materia consilii sunt operationes humanae; sed quādam operationes humanae sunt fines, ut dī in primo. Ethic. ergo cōsilium potest esse de fine.

**SED CONTRA** est, quod<sup>\*</sup> Gregor. Nyssenus dicit,  
quod non define, sed de his quae sunt ad finem, est  
consilium.

**R E S P O N.** Dicēdū, q̄ finis in opabilibus hēt rōnē principij coq̄rationes eorum, que sunt ad finem -

principiis, co rationes corum, que sunt ad finem,  
ex

*Li. 5. c. 5.  
ca pma.  
q. 4. 2.*  
*ex fine sumuntur. Principium autem non cadit sub quod. ne sed principia oportet supponere in iudicio inquisitione unde cum consilium sit quod, de fine non est consilium, sed solum de his, que sunt ad finem: tunc continet id, quod est finis, respectu quorundam ordinari ad aliud finem: sicut et id quod est principium unius demonstrationis, est conclusio alterius. Et ita id, quod accipitur ut finis in una inquisitione, potest accipi ut ad finem in alia inquisitione: & sic de eo erit consilium.*

*AD PRIMUM ergo dicendum, quod id, quod accipitur ut finis, est iam determinatum. unde quando haec habetur ut dubium, non habetur ut finis: & ideo si de eo consilium haberetur, non erit consilium de fine: sed de eo quod est ad finem.*

*AD SECUNDUM Dicendum, quod de operationibus est consilium, in quantum ordinantur ad aliquem finem. Vnde si aliqua operatio humana sit finis, de ea, in quantum huiusmodi, non est consilium.*

## ARTICVLVS III.

*Vtrum consilium sit solum de his, que a nobis aguntur.*

*AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod consilium non sit solum de his quae aguntur a nobis. Consilium non collationem quandam importat: sed collatio inter multos potest fieri ex rebus immobileibus, que non sunt a nobis, puta, de naturis rerum. ergo consilium non solum est de his, que aguntur a nobis.*

*¶ 2 Præt. Homines interdum consilia querunt de his, que sunt lege statuta, unde & iuris consulti dicuntur: & tamen eorum qui querunt huiusmodi consilium, non est leges sacre, ergo consilium non solum est de his, que a nobis aguntur.*

*¶ 3 Præt. Dicuntur quidam consultationes facere de futuris eventibus quae non sunt in potestate nostra: ergo consilium non solum est de his, que a nobis sunt.*

*¶ 4 Præt. Si consilium esset solum de his, que a nobis sunt, nullus consiliaretur de his, que sunt per alium agenda: sed hoc patet esse falsum: ergo consilium non solum est de his, que sunt.*

*SED CONTRA est, quod Gregorius Nyssenus dicit. Consilium de his, que sunt in nobis, & per nos fieri possunt.*

*RESPON. Dicendum, quod consilium propriè importat collationem inter plures habitam, quod & ipsius nomen designat. Deinde consilium, quasi consilium, eo quod multi confident ad simul conferendū. Est autem considerandum, quod in particularib. contingentib. ad hoc quod aliquid certum cognoscatur, plures conditio-nes, seu circunstantias considerare oportet, quas ab uno non facile est considerari, sed a pluribus certius percipiuntur, dum quod unus considerat, alii non occurrit. In necessariis autem, & universaliibus, est absolutior, & simplicior consideratio, ita quod magis ad hanc considerationem unus per se sufficere potest. Et ita inquisitio consilii propriè pertinet ad contingentia singularia, cognitio autem ueritatis in talibus, non habet aliquid magnum, ut per se sit appetibilis, sicut cognitione universalium & necessariorum: sed appetitur secundum quod est utilis ad operationem, quae actiones sunt circa continentia singularia. Et ideo dicendum est, quod propriè consilium est circa ea, que aguntur a nobis.*

*AD PRIMUM ergo dicendum, quod consilium importat collationem, non quamcumque, sed collationem de rebus agendis, ratione iam dicta.*

*AD SECUNDUM dicendum, quod id, quod est legem possum, qui non sit ex operatione presentis consilii, tamen est directuum eius ad operandum, quia ista*

*A est una ratio aliquid operandi mandatum legis.*

*AD TERTIUM dicendum, quod consilium non solum est de his quae aguntur, sed de his quae ordinantur ad operationes: & propter hoc consultatio dicitur fieri de futuris eventibus, in quantum homo per futuros eventus cognitos dirigitur ad aliquid faciendum, vel vitandum.*

*AD QUARTVM dicendum, quod de aliorum factis consilium querimus, in quantum sunt quodammodo unum nobiscum, vel per unionem affectus, sicut amicus sollicitus est de his, que ad amicum spectant, sicut de suis: vel per modum instrumenti. Nam agens principale, & instrumentale, sunt quasi una causa, cum unum agat per alterum: & sic dominus consiliatur de his quae sunt agenda per seruum.*

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum consilium sit de omnibus, que a nobis aguntur.*

*AD QUARTVM sic proceditur. Videtur, quod consilium sit de omnibus, que sunt per nos agenda. Electio enim est appetitus praconsiliatus ut dictum est: \* sed electio est de omnibus, que per nos aguntur: ergo & consilium.*

*¶ 2 Præt. Consilium importat inquisitionem rationis: sed in omnibus, que non per impetum passionis agimus, procedimus ex inquisitione rationis: ergo de omnibus, que aguntur a nobis, est consilium.*

*¶ 3 Præt. Philosophus dicit in 3. Ethic. quod si plura aliquid fieri potest, consilio inquiritur, per quod faciliter & optime fiat: si autem per unum, qualiter per illud fiat: sed omne quod fit, fit per unum, vel per multa: ergo de omnibus, que sunt a nobis, est consilium.*

*SED CONTRA est quod Gregorius Nyssenus dicit, quod de his, que secundum disciplinam, vel armatum sunt, operibus, non est consilium.*

*RESPON. Dicendum, quod consilium est inquisitio quædam, ut dictum est. De illis autem inquirere sollemus, que in dubiis veniunt: unde & ratio inquisitio, que dicitur argumentum, est rei dubiae faciens fidem. Quod autem aliquid in operabilibus humanis non sit dubitabile, ex duobus contingit. Vno modo, quia per determinatas vias proceditur ad determinatas fines, sicut contingit in artibus, que habent certas vias operandi: sicut scriptor non consiliatur quomodo debet trahere literas, hoc non determinatum est per artem. Alio modo, quia non multum refert utrum sic, vel siccias: & ista sunt minima, que parum adiungunt, vel impedit respectu finis consequendi. Quod autem parum est, quasi nihil accipit ratio: & ideo de duobus non consiliamus, quanvis ordinentur ad finem, ut Philosophus dicit, scilicet, de rebus partuis, & de his que sunt determinatae qualiter fieri debet, sicut est in operationibus artium, præter quasdam coniecturales, ut Gregorius Nyssenus dicit, utputa, medicinalis, negotiatiua, & huiusmodi.*

*AD PRIMUM ergo dicendum, quod electio presupponit consilium ratione iudicij, vel sententiae. Vnde quando iudicium, vel sententia manifesta est absque inquisitione, non requiritur consilium inquisitio.*

*AD II. dicendum, quod ratio in rebus manifestis non ingreditur, sed statim iudicat: & ideo non oportet in omnibus, que ratione aguntur, esse inquisitio consilii.*

*AD III. dicendum, quod quando aliquid per unum potest fieri, sed diversis modis, potest dubitationem habere, sicut & quando fit per plura: & ideo opus est consilio. Sed quando determinatur non solum res, sed modus, tunc non est opus consilio.*

Prima Secunda S. Thomæ. E 2 Super

## QVAEST. XIV.

*¶ Super quæst. decima  
quarta articulum  
quintum.*

**I**N quinto autem articulo dubium est, quia a litera contradicere sibi ipsi videtur. Ait enim & q[uod] processus a causis ad effectus est compositius, & quod processus consilii est a fine id, quod est ad finem: & tamen concludit, quod processus consilii non est compositius, sed resolutius, ac si finis non esset causa: & id quod est ad fine, non est effectus, sed eodem verso.

**¶** Ad hoc dicitur, q[uod] cum inter finem acquisibilem, & id quod est ad finem, sit duplex simplex habitudo, & una modifatur in altera, potest tripliciter procedi ratiocinando a fine, ad ea que sunt ad finem. Primum secundum simplicem habitudinem cause finalis ad suum effectum, ut sic. Et hic est processus a fine, ut sic, ad id quod est ad finem, ut sic.

Et hic est processus a causis: & suus oppositus est resolutius, sicut uniuersaliter significatur de processu a causa ad effectum, & econtrafo. Secundo, secundum simplicem habitu dinem effectus efficiendi ad causam, a qua effici debet. Et hic est processus ab effectu ad causam, & est resolutius, & suus oppositus est compositius, quia a causa ad effectum, neuter autem horum est processus consilii. Non primus, quia consilium est de efficienda nobis, ut pater in articulo 3. & 4. In processu autem primo, nihil dicitur de agendo, sed tantum de fine, & ad finem, ut sic. Nec secundus, quia consilium est de his que sunt ad finem, ut pater in articulo 2. Et ideo hoc in resolutione ad tertium huius quinti articuli poterat author ut agenda nobis, non cadere sub consilio, ut possit uoluit, an sint possibilia, nisi ut congrua & præcongrua fini. In secundo autem processu nihil dicitur de fine, & ad finem, ut sic.

*Cap. 3. post  
med. 10. 5.*

## ARTICVLVS V.

*Vtrum consilium procedat ordine  
resolutorio.*

**A**D QUINTVM sic procedit. Videlur, quod consilium non procedat modo resolutorio. Consilium non est de his que a nobis aguntur: sed operationes nostræ non procedunt modo resolutorio, sed magis modo compositivo, si de simplicibus ad composita: ergo compositum consilium non semper procedit modo resolutorio.

**¶ 2** Præt. Consilium est inquisitio rationis: sed ratio a prioribus incipit, & ad posteriora deuenit, finem conuenientiorem ordinem. cu[m] iigitur præterita sint priora presentibus, & præsenta priora futuris, in consiliando uidetur esse procedere a præsentibus, & præteritis in futura, quod non pertinet ad ordinem resolutorium: ergo in consilii non seruat ordo resolutorius.

**¶ 3** Præt. Consilium non est nisi de his, quae sunt nobis possibilia, ut dicitur in 3.\* Ethic. sed an sit nobis aliquid possibile, perpendiculariter ex eo, quod possumus facere, tuel non possumus facere, ut perteniamus in illud. ergo in inquisitione consilii a præsentibus incipere oportet.

**SED CONTRA** est, quod Philosophus dicit in 3.\* Ethic. q[uod] ille, qui consiliatur, videtur querere, & resoluere.

**RESPON.** Dicendum, q[uod] in omni inquisitione oportet incipere ab aliquo principio: quod quidem, si sicut est prius in cognitione, ita etiam est prius in esse, non est processus resolutorius, sed magis compositius. Procedere non a causis in effectus, est processus compositius, nam causa sunt simplices effectus. Si autem id, quod est prius in cognitione, sit posterior in esse, est processus resolutiorius, ut pote, cum de effectibus manifestis iudicamus, resolviendo in causas simplices. Principium autem in inquisitione consilii, est finis, qui quidem est prior in intentione, posterior tamen in esse & secundum hoc oportet, quod inquisitio consilii sit resolutiva, incipiendo. ab eo, quod in futuro intenditur, quoque pueniatur ad id, quod statim agendum est.

**A**D PRIMUM ergo dicendum, quod consilium est de operationibus: sed ratio operationum accipitur ex fine: & ideo ordo rationis nandi de operationibus, est contrarius ordinis operandi.

**AD SECUNDUM** Dicendum, q[uod] ratione

## ARTIC. V. ET VI.

**F**incipit ab eo, quod est prius secundum rationem: non autem semper ab eo, quod est prius tempore.

**A**D TERTIVM dicendum, q[uod] de eo quod est agendum propter finem, non quereremus scienciam, an sit possibile, si non esset congruum fini: & ideo prius oportet inquirere, an conueniarad ducendum in finem, quam consideretur, an sit possibile.

## ARTICVLVS VI.

*Vtrum consilium procedat in infinitum.*

**A**D SEXTVM sic procedit. V[er]o q[uod] inquisitio consilij procedat in infinitum. Consilium non inquisitio est de particularibus, in quibus est operatio: sed singularia sunt infinita. ergo inquisitio consilij est infinita.

**¶ 2** Præt. Sub inquisitione consilij cadit considerare non solum quid agendum sit, sed etiam quo modo impedimenta tollantur: sed qualibet humana actio potest impedire, & impedimentum tolli potest per aliquam rationem humana. ergo in infinitum remanet querere de impedimentis tollendis.

**¶ 3** Præt. Inquisitio scientiae demonstrativa non procedit in infinito, quia est deuenire in aliqua principia per se nota, quae omnimodam certitudinem habent: sed talis certitudo non potest inueniri in singularibus contingentibus, quae sunt variabilia, & incerta. ergo inquisitio consilij procedit in infinitum.

**SED CONTRA.** Nullus motetur ad id, ad quod impossibile est quod perueniat, ut inveniatur in primo\* de celo: sed infinitum impossibile est transire. si igitur inquisitio consilii sit infinita, nullus consiliari inciperet: quod patet esse falsum.

**RESPON.** Dicendum, q[uod] inquisitio consilij est infinita in actu ex duplice parte scilicet ex parte principiis, & ex parte termini. Accipitur enim in inquisitione consilii duplex principium, Vnum proprium ex ipso genere operabilium: & hoc est finis, de quo non est consilium, sed supponitur in consilio ut principium, ut dictum est. Aliud quasi ex alio genere assumptum: sicut & in scientiis demonstratis una scientia supponit aliqua ab aliis, de quibus non inquirit. Huiusmodi autem principia, quae in inquisitione consilii supponuntur, sunt, quæcumque sunt per sensum accepta, ut pote, q[uod] hoc si panis, uel ferrum: & quæcumque sunt per aliquam scientiam speculativa, uel practica in vniuersali cognita, sicut q[uod] mechanica est a Deo prohibitum, & q[uod] homo non potest vivere, nisi si nutriatur nutrimento conuenienti: & de istis non inquirit consiliator. Terminus autem inquisitionis est id, quod statim est in potestate nostra,

sed tantum de agenda re, & causa illius. Tertio igitur, potest procedi secundi quod est ad finem, inuenientur in agendum, ita q[uod] non procedatur nec a fine puro, nec ab agendo puro: sed a fine afflendo ad id, quo est agendum finem, & sic deinceps retrocedendo. Ethic processus est processus consilij, quod est de agendum, ut ad finem, & de his que sunt ad fine, ut agendum resolutorio. Ita licet processus sit multiplicatus videatur, & non nisi secundum partes iudicandas compositius, & resolutius, dicitur tamquam simplificator resolutorius: quoniam de fine, & eo quod est ad finem, ratione, & invenientur tantum in materia agenda, & propter agendum resolutorio, id est, a posterioribus secundum esse. Ita quod sicut Musica, licet consideretur numerum, ut in tonis, & ecclesiis sonos, ut proportionales secundum numerum (propter hoc media ponitur scientia) quia tamen de numero non nisi in materia toni, & propter sonum tractat, simplificiter dici potest scientia physica, & sub ea comprehenditur, eo q[uod] non abstrahita materia sensibili. Ita in proposito: consilium, quia (ut dictum est) finis, & ad finem in materia agenda tantum, & propter agendum, & quo agendum, a posterioribus secundum esse in priore considerat, resolviere simpliciter dicitur.

*Super*

*Inf. q[uod] ad id di. 29. cap. II*

*Ex lib. 4. c. 30. cap. II*

*Art. 3. huius*

*quest.*

